

penè omnibus copiis amissis. Hæc itinera infesta reddiderant; hæc civitates nonnullas ab ejus amicitia averterant. Quibus accidit rebus ut pluribus dimissi itineribus, a Cæsare ad Domitium et a Domitio ad Cæsarem nullâ ratione iter conficere possent. Sed Allobroges Roscilli atque Ægi familiares, quos per fugisse ad Pompeium demonstravimus, conspicati in itinere exploratores Domitii, seu pristinâ suâ consuetudine quòd unâ in Galliâ bella gesserant, seu gloriâ elati, cuncta ut erant acta exposuerunt, et Cæsaris profectionem et adventum Pompeii docuerunt. A quibus Domitius certior factus, vix IV horarum spatio antecedens, hostium beneficio periculum vitavit, et ad Æginium, quod est objectum oppositumque Thessaliæ, Cæsari venienti occurrit.

XXIV. Conjuncto exercitu, Cæsar Gomphos pervenit; quod est oppidum primum Thessaliæ venientibus ab Epiro: quæ gens paucis ante mensibus ultro ad Cæsarem legatos miserat ut suis omnibus facultatibus uteretur, præsidiumque ab eo militum petierat. Sed eò fama jam præcurrerat, quam supra docuimus, de prælio Dyrrbachino quod multis auxerat partibus. Itaque Androsthenes, prætor Thessaliæ, cum se victoria Pompeii comitem esse mallet, quàm socium Cæsaris in rebus adversis, omnem ex agris multitudinem servorum ac liberorum in oppidum cogit, portasque præcludit; et ad Scipionem Pompeiumque nuntios mittit, ut sibi subsidio veniant; se confidere munitionibus oppidi si celeriter succurratur; longinquam oppugnationem sustinere non posse. Scipio, discessu exercituum a Dyrrhachio cognito, Larissam legiones adduxerat. Pompeius nondum Thessaliæ appropinquabat. Cæsar castris munitis, scalas musculosque ad repentinam oppugnationem fieri, et

raba huyendo. *Hæc itinera*, estas voces indispusieron los pueblos por donde pasaba, apartándose algunos de su amistad. *Ut pluribus*, que los correos que por diversos caminos enviaba César á Domicio y este á César, nunca llegaban. *Quòd unâ*, ó bien por haberse hallado juntos en la guerra de Galia, ó bien ensoberbecidos. *Objectum*, enfrente de.

XXIV. *Conjuncto*, habiéndose incorporado con su ejército. *Venientibus*, viniendo de Epiro. *Præsidium militum*, gente de guarnicion. *Præcurrerat eò*, ya habia llegado allí la voz que dijimos arriba. *Quod multis*, pero ponderándola mucho. *Cogit*, junta. *Longinquam*, largo cerco (en lugar de *diuturnam*). *Musculosque*, y manteletes.

crates parari jussit. Quibus rebus effectis, cohortatus milites docuit, quantum usum haberet ad sublevandam omnium rerum inopiam potiri oppido pleno atque opulento; simul reliquis civitatibus urbis hujus exemplo inferre terrorem: et id fieri celeriter, prius quàm auxilia concurrerent. Itaque, usus singulari militum studio, eodem quo venerat die, post horam IX oppidum altissimis mœnibus oppugnare adgressus, ante solis occasum expugnavit, et ad diripiendum militibus concessit; statimque ab oppido castra movit, et Metropolim venit, sic ut nuntios expugnati oppidi famamque antecederet. Metropolitæ, eodem primùm usi consilio, iisdem permoti rumoribus, portas clauserunt, murosque armati compleverunt. Sed postea, casus civitatis Gomphensis ex captivis cognito, quos Cæsar ad murum producendos curaverat, portas aperuerunt. Quibus diligentissimè conservatis, collatâ fortunâ Metropolitanarum cum casu Gomphensium, nulla Thessaliæ fuit civitas præter Larissæos, qui magnis exercitibus Scipionis tenebantur, quin Cæsari pateret atque imperata faceret. Ille, segetis idoneum locum in agris nactus, quæ prope jam matura erat, ibi adventum expectare Pompeii, eoque omnem rationem belli conferre constituit. Pompeius paucis post diebus in Thessaliam pervenit, concionatusque apud cunctum exercitum suis agit gratias; Scipionis milites cohortatur, ut partâ jam victoriâ, prædæ ac præmiorum velint esset participes: receptisque omnibus in una castra legionibus, suum cum Scipione honorem partitur, classicumque apud eum cani, et alterum illi jubet prætorium tendi.

*Crates*, árganos. *Quantum usum*, de cuánto momento sería para remediar la escasez de todo el apoderarse. *Concurrerent*, antes que les acudiese socorro. *Usus*, valiéndose de la buena disposicion de la tropa. *Expugnavit*, la ganó y entregó al saqueo. *Metropolim*, Metrópolis, de suerte que llegó antes que los correos y fama de la toma de la ciudad. *Ad murum producendos*, presentarlos delante de los muros. *Collatâ fortunâ*, comparada la fortuna de los Metropolitanos con la destruccion de Gonfos. *Ille segetis*, habiendo hallado un terreno espacioso entre campos cubiertos de mieses ya casi en sazon. *Eoque*, y determinó pasar allí todo el teatro de la guerra. *Partitur*, iguala consigo en el honor á Escipion, y manda que le hagan los honores con los clarines, y que se le disponga tienda de general.

XXV. Auctis copiis Pompeii, duobusque magnis exercitiis conjunctis, pristina omnium confirmatur opinio, et spes victoriae augetur, adeo ut quidquid intercederet temporis, id morari reditum in Italiam videretur; et si quando quid Pompeius tardius aut consideratius faceret, unius esse negotium diei, sed illum delectari imperio, et consulares praetoriosque servorum habere numero dicerent. Jamque inter se palam de praemiis ac sacerdotiis contendebant, in annosque consulatum definebant. Alii domos bonaque eorum qui in castris erant Caesaris petebant: magnaque inter eos in consilio fuit controversia, oporteretne L. Hirri, quod is a Pompeio ad Parthos missus esset proximi comitiis praetoriis absentis rationem haberi, cum ejus necessarii fidem implorarent Pompeii, ut praestaret, quod proficiscenti promisisset, ne per ejus auctoritatem deceptus videretur; reliqui in labori pari ac periculo, ne unus omnes antecederet, recusarent. Jam de sacerdotio Caesaris Domitius, Scipio, Spintherque Lentulus quotidianis contentionibus ad gravissimas verborum contumelias palam descenderunt; cum Lentulus aetatis honorem ostentaret; Domitius urbanam gratiam dignitatemque jactaret; Scipio affinitate Pompeii confideret. Postulavit etiam L. Afranium proditionis exercitus Actius Rufus apud Pompeium, quod gestum in Hispania diceret. Et L. Domitius in consilio dixit,

XXV. *Pristina omnium*, todos se confirman en su opinion antigua. *Quidquid intercederet*, que cualquier dilacion les detenia, á su parecer, la vuelta á Italia; y si tal vez Pompeyo obrase con lentitud y reflexion. *Delectari imperio*, que le gustaba el mandar y tratar como esclavos á los que habian sido cónsules y pretores. *Contendebantque jam*, y ya públicamente andaban en contiendas sobre el repartimiento de premios y sacerdocios, y se repartian por años el consulado. *In consilio*, en una junta hubo algunos debates sobre si se tendria cuenta en las próximas juntas con L. Hirro para nombrarle pretor, porque, etc. *Cum necessarii ejus*, apelando sus parientes á la palabra que habia dado Pompeyo, y que cumpliese lo que le habia prometido al partirse. *Antecederet*, que uno fuese antepuesto á todos. *Descenderunt contentionibus*, de las reyertas diarias vinieron á injuriarse públicamente con las palabras mas infames, alegando Léntulo el honor que se debia á su edad, y jactándose Domicio del favor del pueblo y dignidad de su persona. *Postulavit... proditionis exercitus*, acusó tambien Accio Rufo á L. Afranio de haber perdido por traicion á su ejército en la guerra de España...

placere sibi bello confecto ternas tabellas dari ad judicandum de iis, qui ordinis essent senatorii, belloque una cum ipsis non interfuisent sententiasque de singulis ferrent qui Romae remansissent, quique intra praesidia Pompeii fuissent, neque operam in re militari praestitissent. Unam fore tabellam, qui liberandos omni periculo censerent, alteram qui capitis damnant, tertiam qui pecunia mulctarent. Postremo omnes, aut de honoribus suis, aut de praemiis pecuniae, aut de persequendis inimicis agebant. Nec quibus rationibus superare possent, sed quemadmodum uti victoriae deberent, cogitabant.

XXVI. Re frumentariae preparata, confirmatisque militibus, et satis longo spatio temporis a Dyrrhachinis praелиis intermisso, cum satis perspectum militum animum habere videretur, tentandum Caesar existimavit, quidnam Pompeius propositi aut voluntatis ad dimicandum haberet. Itaque ex castris exercitum eduxit aciemque instruxit, primum suis locis, pauloque a castris Pompeii longius, continentibus vero diebus, ut progredere a castris suis collibusque Pompeianis aciem subjiceret. Quae res in dies confirmatiorem ejus efficiebat exercitum. Superius tamen institutum in equitibus, quod demonstravimus, servabat, ut quoniam numero multis partibus esset inferior adolescentes, atque expeditos ex ante-

*Ternas tabellas dari iis qui, etc.*, que á los senadores se les diesen tres tablillas para sentenciar. *Intra praesidia*, en los reales de Pompeyo, pero que no habian hecho servicio militar. *Tabellam*, sup. *iis, qui liberandos*, para votar á los que juzgasen debian quedar libres; la segunda para condenar á muerte; y la tercera para condenar á una multa pecuniaria.

XXVI. *Satis perspectum*, bien conocidos los ánimos de su gente. *Tentandum*, indagar. *Diebus vero continentibus*, pero en los dias sucesivos. *Subjiceret aciem*, arrimaba su gente á los collados que ocupaba Pompeyo. *Confirmatiorem*, mas animoso. *Institutum superius*, en la caballeria mantenía la misma formacion que arriba se dijo...

*Tabellas*, alude á las tres tablillas que se daban á los jueces para sentenciar las causas. La primera tenia una A. y quiere decir *Absolvo*. La segunda C. *Condemno*. La tercera N. L. *Non liquet*, no está clara la verdad; y la echaban donde se recogian los votos cuando no se

inclinaban ni á condenar ni á absolver al reo. Al pueblo se daban otras dos cuando se promulgaba una ley, para que la votase. La primera tenia U. R. *Uti rogas*, como pides, admito la ley. La segunda A. *Antiquo*, no la admito.

signanis electos milites ad pernicitatem armis inter equites præliari juberet, qui quotidianâ consuetudine, usum quoque ejus generis præliorum perciperent. His erat rebus effectum, ut equites M apertioribus etiam locis VII millium Pompeianorum impetum, cum adesset usus, sustinere auderent, neque magnopere eorum multitudine terrerentur. Namque etiam per eos dies prælium secundum equestre fecit, atque unum Allobrogem, ex duobus quos per fugisse ad Pompeium supra docuimus, cum quibusdam interfecit. Pompeius, quia castra in colle habebat, ad infimas radices montis aciem instruebat, semper ut videbatur, spectans si iniquis locis Cæsar se subjiceret. Cæsar, nullâ ratione ad pugnam elici posse Pompeium existimans, hanc sibi commodissimam belli rationem judicavit, uti castra ex eo loco moveret, semperque esset in itineribus, hoc sperans, ut movendis castris pluribusque adeundis locis, commodiore frumentariâ re uteretur, simulque in itinere, ut aliquam occasionem dimicandi nancisceretur, et insolitum ad laborem Pompeii exercitum quotidianis itineribus defatigaret.

XXVII. His constitutis rebus, signo jam profectionis dato, tabernaculis detensis, animadversum est paulò antè, extra quotidianam consuetudinem, longius a vallo esse aciem Pompeii progressam, ut non iniquo loco posse dimicari videretur. Tunc Cæsar apud suos, cum jam esset agmen in portis, « Differendum est, inquit, iter in præsentia nobis et de prælio cogitandum, sicut semper depoposcimus: animo simus ad dimicandum parati, non facilè occasionem postea reperiemus; » confestimque expeditas copias educit. Pompeius quoque, ut postea cognitum est, suorum omnium hortatu prælio decer-

*Milites expeditos*, soldados escogidos de entre los granaderos, y los mas ligeros. *Usum quoque*, aprendiesen tambien aquella manera de pelear. *Locis apertioribus*, en campo llano. *Cum adesset usus*, cuando el caso lo pidiese. *Secundum*, una batalla favorable con la caballería. *Ad infimas*, en la misma falda del monte. *Spectans*, con la mira de si César se presentaba en sitio poco ventajoso. *Commodissimam*, sería el mejor modo de hacer la guerra el mover de aquel sitio las tropas, y estar siempre de marcha. *Commodiore*, se hallaria mas oportunidad de hacer las provisiones. *Nancisceretur*, lograrse.

XXVII. *Detensis*, quitadas las tiendas. *Paulò antè*, un poco antes de comenzar á andar. *Vallo*, atrincheramiento.

tare. Namque etiam in concilio superioribus diebus dixerat, prius quam concurrerent acies, fore ut exercitus Cæsaris pelleretur. Id cum essent plerique admirati: « Scio me, inquit, pæne incredibilem rem polliceri; sed rationem consilii mei accipite, quò firmiore animo in prælium prodeatis. Persuasi equitibus nostris (idque mihi se facturos confirmaverunt), ut cum propius sit accessum, dextrum Cæsaris cornu ab latere aperto adgrederentur; ut circumventâ ab tergo acie, prius perturbatum exercitum pellerent, quam a nobis telum in hostem jaceretur. Ita sine periculo legionum, et pæne sine vulnere bellum conficiemus. Id autem difficile non est, cum tantum equitatu valeamus. Simul denuntiavi, ut essent animo parati in posterum; et quoniam fieret dimicandi potestas, ut saepe cogitavissent, ne usu manique reliquorum opinionem fallerent. » Hunc Labienus excepit, ut cum Cæsaris copias despiceret, Pompeii consilium summis laudibus efferret, « noli, inquit, existimare, Pompeii hunc esse exercitum, qui Galliam Germaniamque devicerit. Omnibus interfui præliis. Neque temerè incognitam rem pronuntio. Perexigua pars illius exercitus superest, magna pars deperit; quod accidere tot præliis fuit necesse. Multos autumnus pestilentia in Italia consumpsit; multi domum discesserunt; multi sunt relictis in continenti. An non audistis ex iis qui per causam valetudinis remanserunt, cohortes esse Brundusii factas? Hæ copias quas videtis, ex delectibus horum annorum in citeriore Galliâ sunt relectæ, et pleræque sunt ex colonis Transpadanis. Attamen quod fuit roboris, duobus præliis Dyrrhachinis interiit. » Hæc cum dixisset, juravit se nisi victorem in castra non reversurum: reliquosque, ut idem facerent, hortatus est. Hoc lau-

*Concurrerent*, antes de venir á las manos. *Confirmaverunt*, prometieron hacerlo. *Cum propius*, cuando estemos cerca del enemigo. *Aperto latere*, por el flanco. *Ne usu*, que no frustrasen las esperanzas que de ellos se tenian, faltando su pericia y valor. *Hunc Labienus*, tomó la palabra Labieno, y despreciando las tropas de César, levantaba hasta las nubes la conducta de Pompeyo. *Interfui*, me hallé en todas las batallas, y no digo inconsideradamente lo que no sepa. *Perexigua pars*, de aquel ejército queda una muy pequeña parte. *Causam valetudinis*, por enfermos. *Relectæ... ex delectibus*, se han reemplazado con las levas. *Transpadanis*, de la otra parte del Po...

dans Pompeius idem juravit. Nec verò ex reliquis fuit quisquam qui jurare dubitaret. Hæc cum facta essent in concilio, magnâ spe et lætitiâ omnium discessum est. Ac jam animo victoriam præcipiebant, quòd de re tantâ et a tam perito imperatore nihil frustra confirmari videbatur.

XXVIII. Cæsar, cum Pompeii castris appropinquasset, ad hunc modum aciem ejus instructam animadvertit. Erant in sinistro cornu legiones duæ, traditæ a Cæsare initio dissensionis ex S. C., quarum una prima, altera tertia appellabatur. In eo loco ipse erat Pompeius. Mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat. Ciliciensis legio conjuncta cum cohortibus Hispanis, quas transductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erant collocatæ. Has firmissimas se habere Pompeius existimabat, reliquas inter aciem mediam cornuaque interjecerat; numeroque cohortes CX expleverat. Hæc erant millia XLV, evocatorum circiter duo, quæ ex beneficiariis superiorum exercituum ad eum convenerant, quæ totâ acie disperserat. Reliquas cohortes VII, castris propinquisque castellis præsidio disposuerat. Dextrum cornu ejus rivus quidam impeditis ripis muniebat. Quam ob causam cunctum equitatum, sagittarios funditoresque omnes in sinistro cornu objecerat. Cæsar, superius institutum servans, X legionem in dextro cornu, IX in sinistro collocaverat, tametsi erat Dyrhachinis præliis vehementer attenuata, et huic sic adjunxit VIII, ut pæne unam ex duabus efficeret, atque alteram alteri præsidio esse jusserat. Cohortes in acie LXXX constitutas habebat. Quæ summa erat duorum et viginti millium. Cohortes II castris præsidio reliquerat. Sinistro cornu Antonium, dextro P. Sullam, mediâ acie Cn. Domitium præposuerat. Ipse contra Pompeium constitit. Simul his rebus animadver-

*Nihil frustra confirmari*, porque parecia que no eran vanas las promesas que en cosa de tanta importancia hacia un general tan práctico.

XXVIII. *Dissensionis*, de la guerra civil. *Tenebat mediam aciem*, mandaba el centro del ejército. *Beneficiariis*, de los promovidos en las antecedentes campañas, que habian acudido á él, á los que fué distribuyendo por todo el cuerpo. *Dextrum cornu*, su ala derecha estaba amparada de un riachuelo de márgenes pantanosas. *Superius institutum*, su primer plan. *Attenuata*, falta de gente por las derrotas de Durazo. *Constitit*, se colocó al frente para contrarestar.

sis, quas demonstravimus, timens ne a multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter ex tertiâ acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam instituit, equitatuque opposuit, et quid fieri vellet ostendit, monuitque ejus diei victoriam in earum cohortium virtute constare: simul tertiæ aciei totique exercitui imperavit, ne injussu suo concurreret; se cum id fieri vellet vexillo signum daturum. Exercitum cum militari more ad pugnam cohortaretur, suaque in eum perpetui temporis officia prædicaret, in primis commemoravit, « testibus se militibus uti posse, quanto studio pacem petisset, quæ per Vatinium in colloquiis, quæ per A. Clodium cum Scipione egisset, quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset, neque se unquam abuti militum sanguine, neque rempublicam alterutro exercitu privare voluisse. » Hac habitâ oratione, exposcentibus militibus et studio pugnae ardentibus, tubâ signum dedit.

XXIX. Erat Crastinus evocatus in exercitu Cæsaris, qui superiore anno apud eum primum pilum in legione X duxerat, vir singulari virtute. Hic, signo dato, « Sequimini me, inquit, manipulares mei qui fuistis; et vestro imperatori quam constituistis operam date. Unum hoc prælium superest, quo confecto, et ille suam dignitatem et nos nostram libertatem recuperabimus. » Simul respiciens Cæsarem: « Faciam, inquit, hodie, imperator, ut aut vivo mihi aut mortuo gratias agas. » Hæc cum dixisset, primus ex dextro cornu procurrit, atque eum milites electi circiter CXX voluntarii ejusdem centuriæ sunt prosecuti. Inter duas acies tantum erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum utriusque exercitus. Sed Pompeius suis prædixerat, ut Cæsaris impetum exciperent

*Quid fieri vellet*, su voluntad. *Injussu suo*, sin su orden no pelesen. *Suaque*, y engrandeciendo los buenos servicios que siempre le habia hecho. *Alterutro*, ni privar á la republica de uno de los ejércitos.

XXIX. *Duxerat primum pilum*, habia servido en las primeras compañías. *Manipulares mei*, compañeros míos que habeis sido. *Date operam*, y cumplid á vuestro general el servicio que le habeis jurado. *Superest*, no queda mas que esta batalla. *Procurrit*, se adelantó por el ala izquierda. *Ad concursum*, para trabarse ambos ejércitos. *Cæsaris impetum*, que aguantasen la primera descarga de César...

neve se loco moverent, aciemque ejus distrahi paterentur. Idque admonitu C. Triarii fecisse dicebatur, ut primus excursus visum militum infringeretur, aciesque distenderentur, atque suis ordinibus dispositi dispersos adorirentur: levius quoque casura pila sperabat, in loco retentis militibus, quam si ipsi immixtis telis occurrissent: simul fore ut, duplicato cursu, Cæsaris milites exanimarentur, et lassitudine conficerentur. Quod nobis quidem nullâ ratione factum a Pompeio videtur; propterea quod est quædam animi incitatio atque alacritas, naturaliter innata omnibus, quæ studio pugnae incenditur. Hanc non reprimere, sed augere imperatores debent. Neque frustra antiquitus institutum est ut signa undique concinerent, clamoremque universi tollerent; quibus rebus, et hostes terri et suos incitari existimaverunt. Sed nostri milites, dato signo, cum infestis pilis procurrissent, atque animadvertissent non concurrere a Pompeianis, usu periti ac superioribus pugnis exercitati, suâ sponte cursum represserunt, et ad medium ferè spatium constiterunt, ne consumptis viribus appropinquarent: parvoque intermisso temporis spatio, ac rursus renovato cursu, pila miserunt, celeriterque, ut erat præceptum a Cæsare, gladios strinxerunt. Neque verò Pompeiani huic rei desuerunt. Nam et tela missa exceperunt, et impetum legionum tulerunt, et ordines conservarunt, pilisque missis ad gladios redierunt. Eodem tempore equites a sinistro Pompeii cornu, ut erat imperatum, universi procurrerunt, omnisque multitudo sagittariorum se profudit, quorum impetum noster equitatus non tulit, sed paulum loco motus cessit, equitesque Pompeiani hoc acrius instare, et se turmatim explicare, aciemque nostram a latere aperto circumire cœperunt. Quod ubi Cæsar animadvertit, IV aciei, quam institue-

*Distrahit*, se desuniese su gente. *Infringeretur*, para que el primer encuentro è impetu se quebrantase. *Pila casura levius*, harian menos daño los dardos que si ellos saliesen á recibir la descarga. *Incitatio quædam*, porque la naturaleza infundia al hombre ciertos espíritus y brios que con el ardor del combate llegan á inflamarse. *Neque frustra*, y no sin razon establecieron los antiguos que se tocasen por todas partes las trompetas. *Cursum represserunt*, detuvieron la carrera. *Ad medium*, casi á la mitad del camino. *Defuerunt*, no se descuidaron. *Profudit*, se echó encima. *Hoc acrius*, comenzaron á apretar con tanto mas calor, y á desplegarse en pelotones. *Latere aperto*, por el flanco...

rat VI cohortium numero, signum dedit. Illi celeriter procurrerunt, infestisque signis tantâ vi in Pompeii equites impetum fecerunt, ut eorum nemo consisteret, omnesque conversi, non solum loco excederent, sed protinus incitati, fugâ montes altissimos peterent. Quibus summotis, omnes sagittarii funditoresque destituti, inermes, sine præsidio interfecti sunt. Eodem impetu cohortes sinistrum cornu, pugnantibus etiam tum ac resistens in acie Pompeianis, circumierunt, eosque a tergo sunt adorti. Eodem tempore tertiam aciem Cæsar, quæ quieta fuerat et se ad id tempus loco tenuerat, procurrere jussit. Ita, cum recentes atque integri defessis successissent, alii autem a tergo adorirentur, sustinere Pompeiani non potuerunt, atque universi terga verterunt. Neque verò Casarem fefellit, quin ab iis cohortibus, quæ contra equitatum in IV acie collocatæ essent, initium victoriae oriretur, ut ipse in cohortandis militibus pronuntiaverat. Ab his enim primum equitatus est pulsus; ab iisdem facta cædes sagittariorum atque funditorum; ab iisdem acies Pompeiana a sinistra parte erat circumventa, atque initium fugæ factum. Sed Pompeius, ut equitatum suum pulsum vidit, atque eam partem, cui maximè confidebat, perterritam animadvertit, aliis diffusis acie excessit, protinusque se in castra equo contulit, et iis centurionibus, quos in statione ad prætoriam portam posuerat, clarè ut milites exaudirent, « Tueamini, inquit, castra, et defendite diligenter si quid durius acciderit. Ego reliquas portas circumueo, et castrorum præsidia confirmo. » Hæc cum dixisset, se in prætorium contulit, summæ rei diffidens, et tamen eventum exspectans. Cæsar, Pompeianis ex fugâ intra vallum compulsis, nullum spatium perterritis dari oportere existimans, milites cohortatus est, ut beneficio fortunæ ute-

*Tenuerat*, y se habia mantenido en su puesto hasta entonces. *Recentes atque integri*, entrando otros nuevos y de refresco, á suceder á los cansados. *Pulsum*, derrotada su caballería. *Contulit equo*, se huyó á una de caballo. *Statione*, de guardia en la puerta pretoria. *Tueamini* (elegantemente; presente de subjuntivo por imperativo), defended y mantened cuidadosamente los reales si sucediere algun desman. *Circumueo*, voy á dar una vista por las demás puertas, y alentar á la guarnicion del campo. *Prætorium*, se retiró á su tienda con temor de perderlo todo. *Compulsis ex fugâ intra vallum*, persiguiéndolos hasta su mismo atrincheramiento...

rentur, castraque oppugnarent : qui, etsi magno æstu fatigati (nam ad meridiem res erat perducta), tamen ad omnem laborem animo parati, imperio paruerunt. Castra a cohortibus, quæ ibi præsidio erant relictæ, industriè defendebantur; multò etiam acriùs a Thracibus barbarisque auxiliis. Nam qui acie refugerant milites, et animo perterriti, et lassitudine confecti, missis plerique armis signisque militaribus, magis de reliquâ fugâ quàm de castrorum defensione cogitabant. Neque verò diutiùs qui in vallo constiterant multitudinem telorum sustinere potuerunt, sed confecti vulneribus locum reliquerunt, protinusque omnes, ducibus usi centurionibus tribunisque militum, in altissimos montes qui ad castra pertinebant confugerunt. In castris Pompeii videre licuit triclinia strata, magnum argenti pondus expositum, recentibus cespitibus tabernacula constrata, L. etiam Lentuli et nonnullorum tabernacula protecta hederâ, multaque præterea, quæ nimiam luxuriam et victoriæ fiduciam designarent; ut facilè existimari posset, nihil eos de eventu ejus diei timuisse, qui non necessarias conquirerent voluptates. Atque ii, miserrimo ac patientissimo exercitui Cæsaris luxuriam objiciebant, cui semper omnia ad necessarium usum defuissent. Pompeius, jam cum intra vallum nostri versarentur, equum nactus, detractis insignibus imperatoris, decumanâ portâ se ex castris ejecit, protinusque equo citato Larissam contendit. Neque ibi constitit, sed eadem celeritate, paucos suorum ex fugâ nactus, nocturno itinere non intermisso, comitatu equitum XXX ad mare

*Æstu fatigati*, sofocados del calor, pues duró la función hasta el medio día. *Industriè*, valerosamente; pero con mucho mayor esfuerzo por los tracios, tropas auxiliares de los bárbaros. *Missis plerique*, habiendo los mas arrojado las armas y banderas militares, mas pensaban por donde habían de huir que en defenderse. *Ducibus usi*, siguiendo á los centuriones. *Licuit videre*, era de ver las mesas puestas, la gran cantidad de plata puesta á la vista, las tiendas, cuyo pavimento estaba cubierto de recientes céspedes. *Protecta hederâ*, cubiertas de yedra. *Nimiam luxuriam*, una demasiada profusion. *Qui conquirerent*, pues buscaban regalos excusados. *Atque ii*, pues estos mismos al ejército de César, que no sabia sino de miseria y trabajos, al que siempre habia faltado aun lo preciso para el día, le daban en cara con el lujo. *Detractis*, quitándose las insignias de general. *Equo citato*, metiendo espuelas al caballo. *Nactus paucos*, habiéndose encontrado con algunos de los suyos, sin parar en toda la noche...

pervenit, navemque frumentariam conscendit : sæpe ut dicebatur querens, tantum se opinionem fefellisse, ut a quo genere hominum victoriam sperasset, ab eo, initio fugæ facta, pæne proditus videretur.

XXX. Cæsar castris potitus, a militibus contendit, ne in prædâ occupati, reliqui negotii gerendi facultatem dimitterent. Quâ re impetratâ, montem opere circumvenire instituit. Pompeiani, quòd is mons erat sine aquâ, diffisi eo loco, relicto monte, universi juris ejus Larissam versùs se recipere cœperunt. Quâ re animadversâ, Cæsar copias suas divisit, partemque legionum in castris Pompeii remanere jussit, partem in sua castra remisit; IV secum legiones duxit, commodioreque itinere licuit triclinia strata, magnum argenti pondus expositum, recentibus cespitibus tabernacula constrata, L. etiam Lentuli et nonnullorum tabernacula protecta hederâ, multaque præterea, quæ nimiam luxuriam et victoriæ fiduciam designarent; ut facilè existimari posset, nihil eos de eventu ejus diei timuisse, qui non necessarias conquirerent voluptates. Atque ii, miserrimo ac patientissimo exercitui Cæsaris luxuriam objiciebant, cui semper omnia ad necessarium usum defuissent. Pompeius, jam cum intra vallum nostri versarentur, equum nactus, detractis insignibus imperatoris, decumanâ portâ se ex castris ejecit, protinusque equo citato Larissam contendit. Neque ibi constitit, sed eadem celeritate, paucos suorum ex fugâ nactus, nocturno itinere non intermisso, comitatu equitum XXX ad mare

*Querens opinionem fefellisse*, lamentándose de que hubiese salido tan falsa su opinion. Orden: *Ut videretur pæne proditus ab eo genere hominum*, que se viese vendido por aquellos mismos de quienes mas habia confiado para la victoria, y que fueron los primeros en huir.

XXX. *Contendit*, insistió con sus soldados en que no se basasen tanto en el pillage, que dejasen de llevar al cabo la victoria. *Circumvenire instituit*, determinó cercar el monte con trincheras. *Commodiore itinere*, por camino mas ventajoso. *Constiterunt*, hicieron alto. *Subluebat*, bañaba. *Continenti*, seguido. *Noxque*, y la noche estaba ya encima. *Munitione*, con una fortificación cortó la comunicacion del monte con el rio. *Petierunt salutem fugâ*, y se salvaron por los piés. *Palmis passis*, las manos extendidas, y prostrados en tierra. *Conservavit*, les perdonó la vida...

eorum violarentur, neu quid sui desiderarent. Hac adhibitâ diligentia, ex castris sibi legiones alias occurrere, et eas quas secum duxerat, invicem requiescere, atque in castra reverti jussit: eodemque die Larissam pervenit. In eo prælio non amplius CC milites desideravit, sed centuriones, fortes viros, circiter XXX amisit. Interfectus est etiam fortissimè pugnans Crastinus, cujus mentionem suprâ fecimus, gladio in os adversum conjuncto. Neque id fuit falsum, quod ille in pugnam proficiscens dixerat. Sic enim Cæsar existimabat eo prælio excellentissimam virtutem Crastini fuisse, optimèque eum de se meritum judicabat. Ex Pompeiano exercitu circiter millia XV cecidisse videbantur, sed in deditionem venerunt amplius millia XXIV. Namque etiam cohortes, quæ præsidio in castellis fuerant, sese Sullæ dederunt. Multi præterea in finitimas civitates refugerunt, signaque militaria ex prælio ad Cæsarem sunt relata CLXXX, et aquilæ IX. L. Domitius ex castris in montem refugiens, cum vires eum lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus.

XXXI. Eodem tempore D. Lælius cum classe ad Brundisium venit, eademque ratione quâ factum a Libone antea demonstravimus, insulam objectam portui Brundusino tenuit. Similiter Vatinius, qui Brundisio præerat, tectis instructisque scaphis, elicit naves Lælianas, atque ex his longius productam unam quinquerehem et minores duas, in angustiis portus cepit, itemque per equites dispositos aquâ prohibere classarios instituit. Sed Lælius, tempore anni commodiore usus ad navigandum, onerariis navibus Coreyrâ Dyrrhachioque aquam suis supportabat, neque a proposito deterrebat, neque ante prælium in Thessaliâ factum cognitum, aut ignominiam amissarum navium, aut necessariorum rerum inopia ex portu insulæque expelli potuit. Iisdem ferè temporibus Cassius cum classe Syrorum et Phœnicum, et Cilicum in Si-

*Neu quid*, ni que les quitasen nada. *Hac*, hecha esta prevencion. *Invicem*, por su turno. *Gladio conjuncto in os*, de una estocada que recibió en la cara. *Optimèque*, y que le habia muy bien servido. *Cum vires*, desmayado de cansancio.

XXXI. *Objectam*, puesta enfrente. *Scaphis*, lanchas cubiertas y pertrechadas. *Productam longius*, que se adelantó de las otras. *Classarios*, la tripulacion. *Tempore*, aprovechándose de la bonanza. *Supportabat*, proveia. *Neque a proposito*, ni desistia de su empeño...

cilium venit, et cum esset Cæsaris classis divisa in duas partes, et dimidiæ parti præset P. Sulpicius prætor Vibone ad fretum, dimidiæ M. Pomponius ad Messanam, prius Cassius ad Messanam navibus advolvit, quam Pomponius ejus adventu cognosceret: perturbatumque eum nactus, nullis custodiis neque ordinibus certis, magno vento et secundo completas onerarias naves, tædâ, et pice, et stupâ, reliquisque rebus quæ sunt ad incendia, in Pompeianam classem immisit, atque omnes naves incendit XXXV, in quibus erant XX constrate; tantusque eo facto timor incessit, ut cum esset legio præsidio Messanæ. vix oppidum defenderetur: et nisi eo ipso tempore nuntii de Cæsaris victoriâ per dispositos equites essent allati, existimabant plerique futurum fuisse ut amitteretur. Sed opportunissimè nuntiis allatis, oppidum fuit defensum, Cassiusque ad Sulpicianam inde classem profectus est Vibonem: applicatisque nostris ad terram navibus, propter eundem timorem, pari, atque antea, ratione egit. Secundum nactus ventum, onerarias naves circiter XL præparatas ad incendium immisit, et flammâ ab utroque cornu comprehensâ, naves sunt combustæ V. Cumque ignis magnitudine venti latius serperet, milites qui ex veteribus legionibus erant relictis præsidio navibus, ex numero ægrorum, ignominiam non tulerunt, sed suâ sponte in naves conscenderunt, et a terrâ solverunt; impetuque facto in Cassianam classem, quinqueremes II, in quarum alterâ erat Cassius, ceperunt. Sed Cassius exceptus scaphâ refugit. Præterea duæ sunt deprehensæ triremes. Neque multo post de prælio facto in Thessaliâ cognitum est, ut ipsis Pompeianis fides fieret. Nam ante id tempus fungi a legatis amicisque Cæsaris arbitrabantur. Quibus rebus cognitis, ex iis locis Cassius cum classe discessit.

XXXII. Cæsar, omnibus rebus relictis, persequendum sibi Pompeium existimavit, quascumque in partes ex fugâ se recepisset, ne rursus copias comparare alias, et bellum renovare

*Fretum*, junto al estrecho (angostura de mar entre dos continentes). *Messanam*, Mesina. *Constrate*, cubiertas. *Applicatis*, arrimadas. *Pari ratione atque antea*, hicieron lo mismo que con las primeras. *Ab utroque*, habiendo prendido la llama por los dos costados. *Cumque ignis*, y como el fuego fuese tomando cuerpo, por ser recio el viento. *Et a terrâ*, y se hicieron á la vela. *Ut ipsis Pompeianis*, creyéndole porque lo decian los mismos pompeyanos.

posset; et quantum itineris equitatu efficere poterat, quotidie progrediebatur, legionemque unam minoribus itineribus subsequi jussit. Erat edictum Pompeii nomine Amphipoli propositum, ut omnes ejus provinciæ juniores, Græci civesque Romani, jurandi causâ convenirent; sed utrum avertendæ suspicionis causâ Pompeius proposuisset, ut quàm diutissimè longioris fugæ consilium occultaret, an novis delectibus, si nemo premeret, Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat. Ipse ad anchoram unâ nocte constitit; et vocatis ad se Amphipoli hospitibus, et pecuniâ ad necessarios sumptus corrogatâ, cognito Cæsaris adventu, ex eo loco discessit, et Mitylenas paucis diebus venit. Biduum tempestate retentus, navibusque aliis additis actuariis, in Ciliciam, atque inde Cyprum pervenit. Ibi cognoscit, consensu omnium Antiochen-sium, civiumque Romanorum qui illic negotiarentur, arcem antè captam esse excludendi sui causâ: nuntiosque dimissos ad eos, qui se ex fugâ in finitimas civitates recepisse dice-rentur, ne Antiochiam adirent; id si fecissent, magno eorum capitis periculo futurum. Idem hoc L. Lentulo, qui superiore anno consul fuerat, et P. Lentulo consulari, ac nonnullis aliis acciderat Rhodi, qui cum ex fugâ Pompeium sequerentur, atque insulam venissent, oppido ac portu recepti non erant: missisque ad eos nuntiis, ut ex iis locis discederent, contra voluntatem suam naves solverunt. Jamque de Cæsaris adventu fama ad civitates perferebatur. Quibus cognitis rebus, Pompeius, deposito adeundæ Syriæ consilio, pecuniâ societatis

XXXII. *Et quantum*, y caminaba cada dia quanto podia avanzar la caballería. *Minoribus itineribus*, mas despacio. *Edictum propositum*, se habia intimado un decreto en Anfipoli en nombre de Pompeyo. *Juniores*, los jóvenes, ya griegos, ya ciudadanos romanos, se juntasen á prestarle juramento. *Avertendæ suspicionis causâ*, pero no podia entenderse si habia dado esta órden para desvanecer la sospecha y ocultar por mas tiempo la resolucion de que pasaba adelante huyendo, ó si intentaba mantener la Macedonia con nuevas levas, si ninguno le persiguiese. *Ipse ad anchoram*, pasó una noche entera junto á una âncora. *Hospitibus*, los dueños de la casa donde estaba hospedado; y habiéndoles dado dinero para el gasto preciso. *Mitylenas*, Mitilene. *Sui excludendi*, para no darle entrada. *Magno eorum*, que corrian peligro sus vidas. *Rhodi*, en la isla de Roda. *Naves solverunt*, se hicieron á la vela. *Adeundæ*, de ir á Siria.

sublatâ, et a quibusdam privatis sumptâ, et æris magno pondere ad militarem usum in naves imposito, duobusque millibus hominum armatis, partim quos ex familiis societatum delegerat, partim a negotiatoribus coegerat, quosque ex suis quisque ad hanc rem idoneos existimabat, Pelusium pervenit. Ibi casu rex erat Ptolemæus, puer ætate, magnis copiis cum sorore Cleopatrá gerens bellum; quam paucis antè mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat, castraque Cleopatrá non longo spatio ab ejus castris distabant. Ad eum Pompeius misit, ut pro hospitio atque amicitia patris Alexandriâ reciperetur, atque illius opibus in calamitate tegetetur. Sed qui ab eo missi erant, confecto legationis officio, liberius cum militibus regis colloqui cœperunt, eosque hortari, ut suum officium Pompeio præstarent, neve ejus fortunam despicere-nt. In hoc erant numero complures Pompeii milites, quos ex ejus exercitu acceptos in Syriâ Gabinius Alexandriam transduserat, belloque confecto apud Ptolemæum patrem pueri reliquerat. His tunc cognitis rebus, amici regis, qui propter ætatem ejus in procuratione erant regni, sive timore adducti, ut postea prædicabant, ne sollicitato exercitu regio Pompeius Alexandriam Egyptumque occuparet, sive despectâ ejus fortunâ, ut plerumque in calamitate ex amicis inimici existunt, iis, qui erant ab eo missi, palàm liberaliter responderunt, eumque ad regem venire jusserunt. Ipsi clam, concilio inito, Achillam præfectum regium, singulari hominem audaciâ, et L. Septimium tribunum militum ad interficiendum Pompeium miserunt. Ab his liberaliter ipse appellatus, et quâdam notitiâ Septimii productus, quòd bello prædonum apud eum ordinem duxerat, naviculam parvulam conscendit

*Æris magno pondere*, gran cantidad de cobre para uso de la milicia. *Imposito*, embarcado. *Familiis societatum*, de los comerciantes. *Regno expulerat*, habia destronado. *Tegeritur illius opibus*, que le amparase con su gente. *Confecto legationis officio*, concluida su comision. *Præstarent officium*, que manifestasen fidelidad á Pompeyo, y no le despreciasen por verle caido. *Propter*, que por su menor edad mandaba el reino. *Sollicitato*, ganándose el ejército del rey. *Appellatus liberaliter*, hablando á Pompeyo con toda cortesania. *Productus*, fiado Pompeyo del conocimiento que tenian con Septimio, porque habia sido capitán de su ejército.



cum paucis suis: et ibi ab Achillâ et Septimio interficitur. Item L. Lentulus comprehenditur a rege, et in custodiâ necatur. Cæsar, cum in Asiam venisset, reperiebat T. Ampium conatum esse tollere pecunias Epheso ex Fano Dianæ, ejusque rei causâ senatores omnes ex provinciâ vocasse, ut iis testibus in summâ pecuniæ uteretur; sed interpellatum adventu Cæsaris profugisse. Ita duobus temporibus Ephesiæ pecuniæ Cæsar auxilium tulit. Item constabat, Elide in templo Minervæ, repetitis atque enumeratis diebus, quo die prælium secundum fecisset Cæsar, simulacrum Victoriæ, quod ante ipsam Minervam collocatum erat, et antè ad simulacrum Minervæ spectabat, ad valvas se templi, limenque convertisse. Eodemque die Antiochiæ in Syriâ, bis tantus exercitûs clamor, et signorum sonus exauditus est, ut in muris armata civitas discurreret. Hoc idem Ptolemaide accidit. Pergami in occultis ac remotis templi, quò præter sacerdotes adire fas non est, quæ Græci ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt. Item Trallibus in templo Victoriæ, ubi Cæsaris statuum consecraverant, palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento existisse ostendebatur.

XXXIII. Cæsar paucos dies in Asiâ moratus, cum audisset, Pompeium Cypri visum, conjectans eum in Ægyptum iter habere, propter necessitudines regni, reliquasque ejus loci opportunitates, cum legionibus, unâ quam ex Thessaliâ se sequi jusserat, et alterâ, quam ex Achaiâ a Fusio legato evocaverat, equitibusque DCCC, et navibus longis Rhodiis X et

*Reperiebat*, se hallaba con la noticia de que T. Ampio intentaba despojar el templo de Diana en Efeso de sus tesoros. *Iis testibus*, para que sirviesen de testigos de lo que tomaba. *Interpellatum*, estorbado. *Tulit auxilium*, impidió que se robasen los tesoros. *Repetitis atque*, segun se colegia de la cuenta de los dias. *Spectabat*, y que miraba á la imágen de Minerva, se volvió hácia las puertas del templo, donde estaba la principal entrada. *Occultis ac remotis* (sup. *locis*), en lo mas interior y recóndito del templo, adonde nadie puede entrar sino los sacerdotes. Ἄδυτα (adyta), sagrario. *Tympana*, por sí mismos se tocaron tambores. *Item*, que tambien en Trales en el templo de la Victoria, donde habían levantado una estátua á César, nació una palma entre las junturas de las piedras que cubrian el pavimento, y que se vió por aquellos dias.

*Valvæ, arum*, puerta de dos hojas que se abren hácia adentro. *For-*

*tes, forium*, las que se abren hácia afuera.

Asiaticis paucis Alexandriam pervenit. In his erant legionibus hominum III millia et CC. Reliqui vulneribus ex præliis, et labore ac magnitudine itineris confecti, consequi non poterant. Sed Cæsar, confusus famâ rerum gestarum, infirmis auxiliis proficisci non dubitaverat, atque omnem sibi locum tutum fore existimabat. Alexandriæ de Pompeii morte cognoscit; atque ibi primùm e navi egrediens clamorem militum audit, quod rex in oppid: præsidii causâ reliquerat, et concursum ad se fieri videt, quòd fasces anteferrentur. In hoc omnis multitudo majestatem regiam minui prædicabat. Hoc sedato tumultu, crebræ continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant, compluresque milites hujus urbis omnibus partibus interficiebantur. Quibus rebus animadversis, legiones sibi alias ex Asiâ adduci jussit, quas ex Pompeianis militibus confecerat. Ipse enim necessariò Etesiiis tenebatur, qui Alexandriâ navigantibus sunt adversissimi venti. Interim controversias regum ad populum Romanum, et ad se, quòd esset consul, pertinere existimans, atque eò magis officio suo convenire, quòd superiore consulatu cum patre Ptolemæo, et lege, et S. C. societas erat facta, ostendit sibi placere regem Ptolemæum atque sororem ejus Cleopatram, exercitus quos haberent dimittere, et de controversiis jure apud se potius quàm inter se armis disceptare.

XXXIV. Erat in procuratione regni propter ætatem pueri nutritius ejus eunuchus, nomine Photinus. Is primùm inter suos queri atque indignari cœpit, regem ad dicendam cau-

XXXIII. *Confecti*, debilitados. *Infirmis auxiliis*, con fuerzas tan débiles. *Et concursum*, y conoce que se encaminan á él porque llevaba delante las insignias de cónsul. *Majestatem regiam*, decia la multitud que con esto se abatia mucho la dignidad real. *Crebræ concitationes*, todos los dian sucedian alborotos por la mucha concurrencia. *Quas confecerat*, que habia levantado. *Ipse enim*, porque él estaba detenido por soplar los vientos aquilonares. *Qui navigantibus*, que son muy contrarios á los que navegan desde Alejandria. *Jure*, por justicia. *Quam inter se*, que entre ellos mismos.

XXXIV. *Nutritius*, su ayo. *Ad dicendam causam*, á defenderse. *Evocari*, fuese citado...

*Etesiæ, arum*, todos los años despues de la canicula soplaban estos vientos por cuarenta dias.

sam evocari; deinde adutores quosdam conscius sui nactus ex regis amicis, exercitum a Pelusio clam Alexandriam evocavit; atque eundem Achillam, cujus supra meminimus, omnibus copiis præfecit. Hunc incitatum suis, et regis inflatum pollicitationibus, quæ fieri vellet, litteris nuntiisque edocuit. In testamento Ptolemæi patris heredes erant scripti ex duobus filiis major, et ex duabus ea quæ ætate anteedebat. Hæc uti fierent, per omnes deos, perque fœdera, quæ Romæ fecisset, eodem testamento Ptolemæus populum Romanum obtestabatur. Tabulæ testamenti unæ per legatos ejus Romam erant allatæ, ut in ærario ponerentur (eæ, cum propter publicas occupationes poni non potuissent, apud Pompeium sunt depositæ); alteræ, eodem exemplo relictæ atque obsignatæ, Alexandriæ proferebantur.

XXXV. De his rebus cum ageretur apud Cæsarem, isque maximè vellet pro communi amico atque arbitro controversias regum componere, subito exercitus regius equitatusque omnis venire Alexandriam nuntiatur. Cæsaris copiæ nequamquam erant tantæ, ut eis, extra oppidum si esset dimicandum, confideret. Relinquebatur ut se suis locis oppido teneret, consiliumque Achillæ cognosceret. Milites tamen omnes in armis esse jussit: regemque hortatus est, ut ex suis necessariis, quos haberet maximæ auctoritatis, legatos ad Achillam mitteret, et quid esset suæ voluntatis ostenderet. A quo missi, Dioscorides et Serapion, qui ambo legati Romæ fuerant, magnamque apud patrem Ptolemæum auctoritatem habuerant, ad Achillam pervenerunt. Quos ille, cum in conspectum ejus venissent, prius quam audiret, aut cujus rei causâ missi essent, cognosceret, corripit, ac interfici jussit: quorum alter, accepto vulnere occupatus, per suos pro occiso sublatus, alter

*Conscius sui*, de su bando. *Præfecit*, le dió el mando de todas las tropas. *Hunc*, á este, habiéndole incitado con ofertas que le hizo, y envanecido con prometimientos de parte del rey. *Scripti*, habian sido nombrados herederos el mayor de los hijos, y de las hijas tambien la mayor. *Tabulæ unæ testamenti*, una copia de este testamento. *Ponerentur*, para guardarle en la tesorería. *Eæ... depositæ sunt*, este testamento se depositó en poder de Pompeyo. *Alteræ*, otro del mismo contenido habia quedado sellado, y se manifestaba en Alejandria.

XXXV. *In armis esse*, se mantuviese sobre las armas. *Quid esset suæ*; cuáles eran sus pretensiones. *Occupatus*, atolondrado del golpe que recibió, fué apartado por los suyos por muerto...

interfectus est. Quo facto, regem ut in suâ potestate haberet, Cæsar effecit, magnamque regium nomen apud suos auctoritatem habere existimans, et ut potius privato paucorum et latronum consilio quam regio, susceptum bellum videretur. Erant cum Achillâ copiæ, ut neque numero, neque genere hominum, neque usu rei militaris contemendæ viderentur. Millia enim XX in armis habebat. Hæc constabant ex Gabinianis militibus, qui jam in consuetudinem Alexandriæ vitæ atque licentiæ venerant, et nomen disciplinamque pop. Rom. dedicerant, uxoresque duxerant, ex quibus plerique liberos habebant. Huc accedebant collecti ex prædonibus latronibusque Syriæ, Ciliciæque provinciæ, finitimarumque regionum. Multi præterea capitis damnati, exsulesque convenerant: fugitivisque omnibus nostris certus erat Alexandriæ receptus, certa que vitæ conditio, ut dato nomine, militum essent numero, quorum si quis a dominò comprehenderetur, concursu militum eripiebatur, qui vim suorum, quod in simili culpâ versabantur, ipsi pro suo periculo defendebant. Hi regum amicos ad mortem deposcere; hi bona locupletum diripere, stipendii augendi causâ; regis domum obsidere; regno expellere alios, alios accersere, veterem quodam Alexandrini exercitus instituto, consueverant. Erant præterea equitum millia II, qui inveteraverant compluribus Alexandriæ bellis. Hi Ptolemæum patrem in regnum reduxerant, Bibuli filios duos interfecerant, bella cum Ægyptiis gesserant. Hunc usum rei militaris habebant. His copiis fidens Achilles, paucitatemque militum Cæsaris despiciens, occupat Alexandriam, præter

*Ut haberent regem*, asegurar al rey. *Privato concilio*, mas por levantamiento de algunos bandoleros que por voluntad del rey. *Neque genere*, ni en la calidad ni en la pericia militar parecian despreciables. *Qui jam*, que ya se habian hecho á las mañas y licencia de los Alejandrinos, y se habian olvidado del nombre y disciplina romana. *Capitis damnati*, y reos de muerte. *Receptus erat certus*, tenian acogida segura en Alejandria, y destino seguro con alistarse para ser soldados. *Vim suorum*, la violencia que se hacia á los suyos, pues al cabo todos estaban comprendidos en el mismo delito. *Pro suo periculo*, por correr ellos el mismo riesgo. *Hi regum*, ellos acostumbraban, ya pedir que les entregasen los enemigos del rey para matarlos. *Hi bona*, ya echarse sobre las haciendas de los ricos para aumentar su prest; ya acordonar el real palacio; ya destronar á unos para coronar á otros; todo esto por antigua disciplina del ejército de Alejandria.

eam oppidi partem quam Cæsar cum militibus tenebat, primo impetu domum ejus irrumpere conatus est. Sed Cæsar, dispositis per vias cohortibus, impetum ejus sustinuit. Eodemque tempore pugnatum est ad portum, ac longè maximam ea res attulit dimicationem. Simul enim, diductis copiis, pluribus viis pugnabatur, et magnâ multitudine naves longas occupare hostes conabantur: quarum erant auxilio L, missæ ad Pompeium, quæ prælio in Thessaliâ facta domum redierant. Illæ triremes omnes et quinqueremes erant, aptæ instructæque omnibus rebus ad navigandum. Præter has XXII erant, quæ præsidii causâ Alexandriæ esse consueverant, constratæ omnes. Quas si occupassent, classe Cæsari ereptâ, portum ac mare totum in suâ potestate haberent, commeatu auxiliisque Cæsarem prohiberent. Itaque, tantâ est contentione actum quantâ agi debuit, cum ille celerem in eâ re victoriam, hi salutem suam consistere viderent. Sed rem obtinuit Cæsar, omnesque eas naves, et reliquas quæ erant in navalibus, incendit, quòd tam latè tueri tam parvâ manu non poterat: confestimque ad Pharum navibus milites exposuit. Pharus est in insulâ turris magnâ altitudine, mirificis operibus constructa, quæ nomen ab insulâ accepit. Hæc insula, objecta Alexandriæ, portum efficit, sed a superioribus regionibus in longitudinem passuum CM, in mare jactis molibus, angusto itinere, et ponte cum oppide conjungitur. In hac sunt insulâ domicilia Ægyptiorum, et vicus oppidi magnitudine: quæque ubique naves imprudentiâ aut tempestate paululum suo cursu decesserint, has more prædonum diripere consueverunt. Iis

*Irrumpere*, violentar. *Sustinuit*, detuvo. *Ac longè*, y este ocasión grandísimo trabajo. *Deductis copiis*, dividiendo las fuerzas. *Instructæque*, todas provistas. *Constratæ*, todas cubiertas. *In suâ potestate haberent*, se harían señores del puerto y de todo el mar. *Itaque*, y así se peleó con todo el empeño que la cosa pedía. *Sed rem*, pero la victoria quedó por César. *Navalibus*, arsenales. *Quòd tam latè*, por no poder mantener con tan poca gente puntos tan distantes. *Pharum*, desembarcó al punto su gente en la isla de Faro. *Objecta*, que puesta enfrente de Alejandría forma un puerto. *A superioribus regionibus*, por la parte de arriba. *Molibus jactis*, formando un muelle de 900 pasos de largo, se comunica con la ciudad por un camino estrecho y un puente. *Vicus*, una aldea tan grande como una ciudad. *Quæque* (órden): *Consueverunt diripere more prædonum has naves quæ decesserint paululum ubique cursu suo, imprudentiâ aut tempestate*, suelen robar como

autem invitis, a quibus Pharus tenetur, non potest esse propter angustias navibus introitus in portum. Hoc tum veritus Cæsar, hostibus in pugná occupatis, militibusque expositis, Pharum apprehendit, atque ibi præsidium posuit. Quibus est rebus effectum, uti tutò frumentum auxiliaque navibus ad eum supportari possent. Dimisit enim circum omnes propinquas regiones, atque inde auxilia evocavit: reliquis oppidi partibus sic est pugnatum, ut æquo prælio discederetur, et neutri pellerentur (id efficiebant angustiae loci); paucisque utrinque interfectis, Cæsar loca maximè necessaria complexus, noctu præmuniit. Hoc tractu oppidi pars erat regiae exigua, in quam ipse habitandi causâ initio erat inductus, et theatrum conjunctum domui, quod arcis tenebat locum, aditusque habebat ad portum, et ad reliqua navalia. Has munitiones insequentibus auxit diebus, ut pro muro objectas haberet, neu pugnare invitus cogeret. Interim filia minor Ptolemæi, regis vacuum possessionem regni sperans, ad Achillam se ex regiâ transjecit, unaque bellum administrare cœpit. Sed celeriter est inter eos de principatu controversia orta; quæ res apud milites largitiones auxit; magnis enim jacturis sibi quisque eorum animos conciliabat. Hæc dum apud hostes geruntur, Photinus, nutritius pueri, et procurator regni in parte Cæsaris, cum ad Achillam nuntios mitteret, hortareturque ne negotio desisteret, neve animo deficeret, indicatis deprehensisque internuntiis, a Cæsare est interfectus. Hæc initia belli Alexandrini fuerunt.

piratas las naves que se apartan de su derrota en cualquier parte, ó por inadvertencia ó por tempestad. *Iis autem a quibus Pharus tenetur, invitis*, y no queriendo los que habitan la isla, ninguna nave puede tomar puerto por ser estrecha la entrada. *Apprehendit*, se apoderó de Faro. *Dimisit* (sup. nuntios), despachó mensajeros á las regiones comarcanas, y sacó de ellas socorros. *Prælio æquo*, sin ventajas por ninguna parte. *Complexus*, tomando los puntos mas precisos. *Hoc tractu*, en esta barriada de la ciudad caía parte del palacio. *Quod arcis*, que sirvia de alcázar, y tenia comunicacion con el puerto y algunos arsenales. *Objectas pro muro*, puestas en lugar de muralla. *Vacuum possessionem*, con la confianza de apoderarse del reino, que estaba vacante. *Transjecit se*, se pasó desde el palacio. *Largitiones*, el soborno de los soldados. *Magnis jacturis*, con grandes sumas de dinero. *In parte*, en poder de César. *Animo deficeret*, y que no desmayase. *Internuntiis*, los mensajeros.